

12. *Quod quisq; nostrum videt, id videt :
Fornacem in auditoro quisq; nostrum videt,
E fornax videt.*

13. *Nihil in mundo videtur,
Dominus Respondens videtur,
E. Dominus Respondens est nihil.*

Resp. *Daniel Stablius* Tract. de Sophis. p. 42. *Nihil* est vox æquivoca. Interdum idem est ac *nullum Ens*, seu nulla res, interdum idem ac *non Ens*. Si in majore vox *Nihil* sumitur pro *Non-Ente*, tum & major falsa est & Syllogismus vitiosus in formâ, quum sit ex puris adfirmativis in 2. figurâ. Si verò in majore sumatur pro *Nulla Ente*, tunc vera est, quia quod videtur, non videtur in mundo, sed in oculo, & sic negatur minor, quæ ita debet habere: Dominus Respondens videtur in mundo. Deniq; si in majore sumatur pro *nullo Ente*, & in conclusione pro *non-Ente*, sunt plures termini quàm tres, propter vocis ambiguitatem. Inde h. m. aliud etiam adest vitium in formâ, quum sic conclusio sit adfirmativa, majore existente negante. vid. Sylv. Soph. log. Wellinghausen p. 144.

14. *Qui*